ceſis poſſeſſore, ex eius relatione aliaque ad nos relata fama didicimus, Quomodo altare predictum olim pluribus cenſibus extitiſſet dotatum ſic quondam ut preſumitur confirmatum. Sed cum oppidum Plauen prefatum per perfidos huſſitos ſancte catolice fidei Romanae Eccleſie et partium iſtarum protunc ſpeciales perſecutores et capitales inimicos fuiſſet expugnatum funditus in cineres datum confirmationis quoque literas concrematas ac plures eiusque altaris cenſus et redditus deuaſtatos. Et duntaxat Dominus quondam de ſumma cenſuum reemtorum comparatam pro habitatione altariſte ſubſequentesque cenſus ſignanter duas marcas ſexagenas triginta ſeptem nouos groſſos ſuper certis fundis ibidem ſub reemptionis pacto, Et ſimiliter duas nonas ſexagenas triginta quinque nouos groſſos vnum denarium nouem gallinas duos caſeos et meſſorem quendam vulgariter ein Schnitter dictum per quatuor dies annuatim apud laycum quendam lutl. jn villa Haſelbrun dictum in predictam villam ac ſuper certis domibus et fundis in et extra oppidum